



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE  
**BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ  
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0371

Giovedì 28.05.2009

**Sommario:**

◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL XVII CENTENARIO DEL MARTIRIO DEL VESCOVO SAN QUIRINO (KRK, CROAZIA - 4 GIUGNO 2009)

◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL XVII CENTENARIO DEL MARTIRIO DEL VESCOVO SAN QUIRINO (KRK, CROAZIA - 4 GIUGNO 2009)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL XVII CENTENARIO DEL MARTIRIO DEL VESCOVO SAN QUIRINO (KRK, CROAZIA - 4 GIUGNO 2009)

In data 4 aprile 2009, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Josip Bozanić, Arcivescovo di Zagreb, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del XVII centenario del martirio del Vescovo San Quirino, che avranno luogo a Krk (Croazia) il 4 giugno 2009.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Josip Bozanić è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Ivan Kordić, Vicario Generale, Responsabile per la promozione ed il coordinamento della Pastorale della famiglia nella Diocesi;

- Rev.do Mons. Franjo Velcić, Preposito del Capitolo Cattedrale di Krk, Professore di Storia ecclesiastica e Patrologia presso la Facoltà teologica di Zagabria ed Archivista della Curia diocesana.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Suo Inviato Speciale:

● **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro

**JOSEPHO S.R.E. CARDINALI BOZANIĆ**  
Archiepiscopo Metropolitae Zagrebiensi

Passio sancti Quirini, episcopi Sisciensis in Illyrico et martyris, qui sub Galerio imperatore pro Christi fide, molari ad collum religato, in flumen praecipitatus est, hoc anno sollemniore modo memoratur, quoniam ab illo die mille septingenti transacti sunt anni. De quo Pastore merito dici potest quod Apostolus de primis Christi discipulis scripsit: "In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; deicimur, sed non perimus; semper mortificationem Iesu in corpore circumferentes, ut et vita Iesu in corpore nostro manifestetur" (2 Cor 4,8-10).

Ideo gaudentes notitiam percepimus in dioecesi Veglensi, cuius iste Sanctus caelestis est Patronus, septemdecim elapsis saeculis ab eius gloriose martyrio, sacros Pastores et populum christianum varia per spiritalia ac pastoralia incepta annum iubilarem in honorem sancti Quirini celebrare; quod vidimus et testamur, dum in audiencia generali Romae paucos ante menses Ipsi salutavimus Venerabilem Fratrem Valtherum Župan, Episcopum Vegensem, una cum coetu peregrinantium ex grege ei commisso.

Permoti quidem nunc pia postulatione eiusdem sacri Pastoris, decernimus illuc mittere Patrem Purpuratum ad proximum illius particularis Ecclesiae Patroni festum sollemniore ritu celebrandum, quo die IV proximi mensis Iunii Annus Iubilaris concludetur. Ad te autem fidentes recurrimus, Venerabilis Frater Noster, qui ibidem quondam fuisti Episcopus, Patronum hunc devotione prosequens et populum fidelem praecipue diligens. His proinde Litteris te Nostrum **Missum Extraordinarium** ad memoratam celebrationem libenter destinamus.

Die igitur IV mensis Iunii liturgicis celebrationibus Nostro nomine praesidebis Nostramque benignam omnibus significabis salutationem. Populum hortaberis ad ferventem erga sanctum Quirinum devotionem, ut ipse a Divino Pastore plurimas impetrat gratias in bonum tum universae dioecesis Vegensis tum etiam aliorum hominum sive in Croatiae regionibus sive in toto terrarum orbe.

Denique Benedictionem Nostram Apostolicam imo ex corde tibi imprimis, deinde dilectis Pastoribus ac filiis et filiabus eiusdem Ecclesiae particularis illic congregatis omnibusque faustum hunc eventum participantibus amanter dilargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die IV mensis Aprilis, anno MMIX, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[00854-07.01] [Testo originale: Latino]

[B0371-XX.01]